





In Nomine JESU!

JEHOVA

ELOHIM,
PROVISOR, *vel* CONSERVATOR,

Hoc est:

PARADISIACA, EAQUE
EXORDIALIS,
ET
UNIVERSALIS

PROVIDENTIÆ DIVINÆ,

QVA MACROCOSMUM, &
QVA MICROCOSMUM,
RESPECTU STATUUM &
TEMPORUM OMNIUM,
THEORIA,

AD USUM AUGUSTI NOMINIS
JEHOVA ELOHIM,
GENES. II. v. 8. usque ad Finem,
Demonstrata,

&

S. S. Theologiæ Cultoribus
Publicis Disputationibus
exhibita,

Per

JOHANNEM Deutschmann / D.

P. P. & Alumn. Elector. Ephor.

WITTEBERGÆ, Typis MARTINI SCHULTZII, A. M DC LXXXVII.

Handwritten note in cursive script, likely a library or collection mark, running vertically down the right margin.

24
ELECTORALIS PROTOSYNE-
DRI ILLUSTRISSIMI,
DNO. VICE-PRÆSIDI,
ET
DOMINIS CONSILIARIIS
ECCLESIASTICIS,
VIRIS SUMME REVEREN-
DIS, MAGNIFICIS, NOBILISSI-
MIS, CONSULTISSIMIS, EX-
CELLENTISSIMIS,
DOMINIS PATRONIS, OPTI-
MIS, & MAXIMIS,

AB, ET, IN
JEHOVA ELOHIM PROVISORE,
LARGISSIMAM,
DONORUM DIVINORUM,
DONORUM MUNDANORUM,
DONORUM HUMANORUM,
DONORUM MYSTICORUM,
DONORUM ÆTERNORUM,
STRENAM
COELITUS,
DEVOTISSIMIS SUSPIRIIS,
IN VIRTUTE SPIRITUS,

2.

ILLUSTRISSIMI PROTOSYNEDRII
ELECTORALIS
DOMINE VICE-PRÆSES,
ET
DOMINI CONSILIARII
SPLENDIDISSIMI,
PATRONI COLENDISSIMI.

JEHOVA ELOHIM *Primus & Novissimus*, JEHOVA ELOHIM *æternus*. *Titulus* mere divinus, *Titulus* verè augustus. Hic primus *annorum* *Autor*, & *Fundator*. Hic *continuus annorum* *Stator* & *Conservator*, Hic *perpetuus annorum* *Initiator*, & *Consummator*. *Testis* ejus rei non *Angelus* verax, non *Homo*, qui communiter mendax *Pf CXVI. II.* sed ipsa prorsus *Immutabilis*, & *infallibilis Veritas*, quæ non est alia, quam Ipse JEHOVA ELOHIM. *Testis* hic quavis *autoritate superior*, quavis *exceptione major*, quavis *conditione melior*, quia citra dubium est *Testis summus*, est *Testis Maximus*, est *Testis Optimus*. *Testimonium* hoc *Summum*, *Maximum*, & *Optimum*, non semel in *authenticis scripturae tabulis* promulgavit, *frequentioribus vicibus* iteravit, *fulcrisq; solidissimis* in hoc *mysterio fideles confirmavit*. Neq; tantum in *libris prisce Fœderis* hunc *Augustum Titulum* JEHOVA ELOHIM sibi *proprium* facere, sed in *libris etiam Novi Testamenti* sibi *notanter Eundem appropriare* voluit. *Observatu* verò *dignum*, quod nec *frequentius*, nec *infrequentius*, in *utroq; Testamento*, quam *tribus vicibus*, *DEUS* hunc *Illustrem Titulum* accommodare sibi *constituit*. Latet in his *pariter*, sicut in *aliis plurimis*, *Dei Trinunius Mysterium*. *Unus* est *Titulus*, quando JEHOVA ELOHIM *Primus & Novissimus* salutatur, isque non *alius*, quam *Essentialis*. Est *DEUS Primus*, quoad *Essentiam*, dum est *ab æterno*: est quoq; *No-*

Novissimus, quoad Essentiam, dum est, & manet in aeternum. Nullum habet initium Essendi, nec ullum Essendi Finem admittit. Semper Fuit, semper Est, semper deniq; Futurus est. Unus igitur in Essentia DEUS est, est aeternus, & quoad durationem infinitus. Uno plures Dii non sunt, nec uno plures esse possunt. Hic authenticus Testis, qui testimonio nullius indiget, & ex abundantia provocat in hac, omnib; notissima, causa solenniter ad totius Mundi Testimonium apud Esaiam Prophetam XLIII. 9. seqq. Provocat ad Testimonium omnium Gentium v. 9. OMNES GENTES congregentur simul, & colligantur (OMNES) populi. Qvis inter eos annunciabit hoc? priora recitent: adducant testes, & justam se causam habere probent, ut audiant, & dicant Verè. Provocat insuper ad Israelitarum, vel Judaeorum, hoc est, Ecclesia testimonium v. 10. VOS TESTES MEI, dicit Dominus. Provocat ad Ipsius Propheta Testimonium: Et SERVUS Meus, quem elegi, ut sciat, & credatis mihi, & intelligatis. Deniq; concludit, & repetit Augustum suum Testimonium: Quia EGO Ipse sum, ante me non est format; Deus, (necessario proinde Primus sum,) & post me non erit, (necessario sic etiam Novissimus sum,) Ego, Ego sum JEHOVA, & non est absq; me Salvator: Ego annunciavi, & salvavi: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: Vos Testes mei, dicit Dominus (JEHOVA) & Ego Deus, (Elohim) &c. Unus autem hic, & Essentialis Titulus trina vice Deo tribuitur, & sic TRIMUM Unitas suo modo non obscurius ostenditur. Nam & Pater est JEHOVA ELOHIM, & Filius est JEHOVA ELOHIM, & Spiritus S. est JEHOVA ELOHIM: Sic porro Pater est Primus, & Novissimus: Filius est Primus, & Novissimus: Spiritus S. est Primus, & Novissimus. Trinum autem hoc Testimonium apud unum in Veteri Testamento Prophetam, Esaiam videl. reperitur, qui, juxta Patres, Evangelista Veteris Testamenti, & Maximus inter scriptores Prophetas, specialiter ita dictos, appellatur, sed praeterea nuspi-

am hic *Titulus Augustus* in universo *Codice Testamenti Ve-*
teris invenitur. *Trinum* quod in N. T. legitur *Testimonium*, iti-
 dem apud *unum Evangelistam, Prophetarum Novi Testamenti*
Maximū, & quoad prophetiam scriptam, *solitarium, Johanne-*
mem videl. in *Apocalypsi* legitur, & nuspiā aliās l. apud *Evange-*
listas, vel apud *alios scriptores* traditur. Hanc *analogiam Spi-*
ritus Sanctus, *Autor scripturæ Primarius*, frustra circa *Titu-*
lum hunc *Illustrem* non observavit, sed maxime nobis Eun-
 dem hac ratione commendavit. *Primus locus Esa. XLI. 4.*
notatur: Ego Dominus, Primus, & Novissimus Ego sum. Hebr.
 אֲנִי יְהוָה - אֲנִי cum *Novissimis*; sed *casus* hic mutatur, *Titulus*
ipse non mutatur. *Obliquus casus* respicit *rectum, pluralis nu-*
merus *singularem*, & ἐμφατικῶς, ac περιφρασιῶς, imò pariter
 ἐξηγητικῶς, mutatus est *sonus*, illustratus est *augusti Tituli sen-*
sus. Exigere videbatur hoc *analogia contextus*. Nam *Pri-*
mus vocatur *Jehova Elohim*, quia *juxta versus initium, hac*
(nim. quoad ipsas Creaturas, & circa Creaturas,) operatus est,
& fecit, vocans generationes ab EXORDIO: sic etiam testatur se
Novissimum esse, quia dicit, *cum Novissimis Ego sum*, h. e.
cum primis PRIMUS, cum Novissimis NOVISSIMUS. Quod
autem Primus & Novissimus hic non alius, quam *JEHOVA E-*
LOHIM, dicatur, illud contextu evidenter attestatur, quia lo-
 quens hic non semel in *sequentibus JEHOVA ELOHIM* ap-
 pellatur. Præterea, quod hic *Esaias*, in *prima Tituli* tam *au-*
gusti productione, non obscurius peculiari modo quodam
ad Deum Patrem, primam Trinitatis personam, respiciat,
 illud vel ex eo certum, quia tum in *antecedentibus*, tum
 in *versiculi presentis verbis*, tum in *consequentibus*, po-
 tissimum de *Creationis & Conservationis beneficiis* verba
 facit: jam autem vel ex *Apostolico Symbolo* notum,
 quod *Creationis, & Conservationis Opus* peculiariter ad
Deum Patrem referatur, & in *scripturæ locis*, ubi de *Cre-*
atore, vel Conservatore Deo verba fiunt, per certam *ἰδιοποίησιν*

ad Patrem respectus habeatur. *Alter Locus Esa. XLIV. 6.* per Spiritum S. annotatur: *Hac dicit Dominus (Jehova) Rex Israel, & Redemptor tuus, Dominus Exercituum: Ego Primus, & Ego Novissimus, & absq; me non est DEUS, (Elohim,).* EX ipsis hujus Oraculi verbis certum, quod & Jehova sit Primus, & Novissimus, & Elohim Primus & Novissimus; sed quia Goel hic Jehova Elohim appellatur, ideo peculiariter ad DEUM Filium, utpote, qui solus noster Goel, & consanguineus, & jure consanguinitatis sua redemptione, vindex noster, hac verba referenda veniunt, cum neque Pater, neque Spiritus Sanctus, immediate noster Goel sit, aut ejusmodi Goel esse possit, dum neque Pater, neque Spiritus Sanctus, sed Filius solus est incarnatus. *Tertius Locus in c. XLIX. 12.* conspicitur: *Audi me Jacob, & Israel, quem Ego voco, Ego ipse, Ego primus, & Ego novissimus.* Quod & hic non aliq, quā JEHOVA ELOHIM, verba faciat, statim ex capituli initio v. 1. manifestū, ubi diserta fit, & Jehova, & Elohim, mentio, & manifesta pariter hujus augusti Nominis v. 17. deprehentur repetitio; sed & hic, & in versiculis allegatis, sub caractere Spiritus S. Jehova Elohim producitur, cum Spiritus S. in Ecclesia DEI sit Magnus, & Principalis Oeconomus, qui per suos ministros verbum predicari curat, ut & Jacob, & Israel, audire possint, qui vocat omnes, & vocatos per verbum conservat. Ex his patet, quod Pater DEUS, Creator noster, sit Primus & Novissimus *Esa. XLI. 4.* Filius quoq; Redemptor noster, Deus Primus & Novissimus *Esa. XLIV. 6.* & denique Spiritus Sanctus, tanquam Sanctificator, & Vocator, sit Primus, & Novissimus, *Esa. XL. 8. 12.* & tamen Unus tantum Primus, & Novissimus. Hac Oracula sunt Testamenti Veteris. Tria pariter in Novo Testamento fulgent Oracula, quibus Illustris hic Titulus, quod Deus sit Primus, & Novissimus, invictè confirmatur, sed in Speculo Trinitatis, quod est JESUS CHRISTUS, nobis id demonstratur. Hic enim solus est, qui loquitur *Apoc. I, 8.* *Ego sum Alpha & Omega, principium & Finis, dicit Dominus, qui est,*
qui

qui erat, & qui venturus est, Omnipotens & v. 17. Noli timere: Ego
 Primus, & Novissimus. Hic solus est, qui loquitur Apoc. II. 8. Et An-
 gelo Smyrnaeorum Ecclesiae; scribe: Hac dicit, Primus, & Novissi-
 mus, qui fuit mortuus & vivit. Hic solus est, qui loquitur A-
 poc. XXII. 12. 13. Ecce, venio cito, & merces mea mecum est, red-
 dere unicuique, secundum opera sua: Ego sum Alpha, & Omega,
 Primus & Novissimus, Principium & Finis. Iesus Christus
 est Testis, de SS. Trinitate, principalis, Ο Μάγιστος ὁ πάντων Apoc.
 I. 5. nemo siquidem Deum vidit unquam, Filius, qui est in si-
 nu Patris, nobis enarravit Joh. I. 18. est Doctor SS. Trinitatis,
 principalis Matt. XXII. 19. est Ductor S. S. Trinitatis, & A-
 xiomatum ejus, principalis Joh. XIV. 6. Ἀρχηγὸς τῆς πίστεως Heb.
 XII. 2. & Ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας c. II. 10. Jesu Confessio nihil aliud
 est, quam totius SS. Trinitatis professio, sicut etiam CHRIS-
 TI Confessio dicitur S. S. Trinitatis professio, quod pluribus
 in Theolog. Bibl. part. 1. p. 94. demonstravimus. Iesus Chri-
 stus igitur in laudatis Oraculis Apocalypticis ita sibi, tanquam
 λόγος, & Orator S. S. Trinitatis, augustum Titulum, quod sit Pri-
 mus & Novissimus, peculiariter appropriat, ut tamen eun-
 dem ad Totam S. S. Trinitatem non obscure referat, imò satis
 evidenter inter Personas S. S. Trinitatis distribuatur. Non al-
 legabimus hic Oraculorum numerum, qui ternarius, nec minor,
 nec major, dum tribus præcise vicibus hic Titulus, Primus &
 Novissimus, in N. T. de Vero Deo pronunciatur. Nec urge-
 bimus analogias pulcherrime cum Veteri Testamento con-
 gruentiam, aut emphaseos mirabilis evidentiam, vel divinæ
 ponderis, in emphasi verborum occurrentis, efficaciam, vel al-
 lia, quæ nonnullis longius petita videri possent: sed intro-
 spiciemus saltem hæc Tria nostri Salvatoris Oracula, liqui-
 dem his pios divinorum mysteriorum, & axiomatum, admirato-
 res informat, & tergemina Thesi: Ego sum Alpha & Omega,
 Ego sum Principium & Finis, Ego sum Primus & Novissimus:
 & peculiari quadam Exegesi Trinitatem inferente, Ο ὢν, Ο ἦν καὶ
 Ο ἔσθι

Ὁ Ἐρχόμενος, qui Titulus est singularis constructionis, v. 4. singularis expositionis, & singularis relationis, vel applicationis. Non verò Divinus hic Orator saltem generaliter, ad totam S. S. Trinitatem, his evidentibus indiciis respicit, sed etiam in hoc Augusto Titulo, sibi κατ' ἑνὸν in omnibus locis accommodato, juxta distincta loca, sigillatim quoad singulas Deitatis Personas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, certum respectum attendit, & accuratè secundum consuetum ordinem Personarum procedit. Nam (1) Apocal. I. 8. 17. Titulum hunc ita sibi propriū reddit, ut tamen certo modo quodam ad Patrem, primam Deitatis personam, qui peculiariter est ὁ πάντοκράτωρ, in Creationis, Conservationis, & Gubernationis Opere, & hac ratione κατ' οἰκονομίαν, sibi propriam, Omnipotens in Apostolico Symbolo vocatur, sermonem Titularem dirigat. Quod attinet alterum Apoc. II. 8. locum, illū respectibus omnibus sibi proprium Filius facit, inq̄uens: *Hæc dicit Primus, & Novissimus, QUI fuit MORTUUS, & VIVIT*: neutrum horum prædicatorum vel Patri, vel Spiritui Sancto, convenire potest, sibi proinde Soli Christus in hoc Oraculo Titulum illustrè servat. Tandem in ultimo loco pariter sibi Titulum hunc augustum accommodat, *Ego sum Alpha & Omega, Primus & Novissimus, Principium & Finis*, sed non citra relationem, ad Spiritum Sanctum habitam, ad quem referenda venit tum œconomia verborum præcedentium v. 10. de Scripturæ totius, ob signatione, de novissimi Temporis annunciatione, de piorum & impiorum discriminatione v. 11. tum œconomia verborū sequentium partim de Beatorū descriptione, quia perspicue describuntur ratione beatitudinis causalis, quoniam beati dicuntur, qui faciunt præcepta ejus, nim. per Dei verbum in vera fide, cum verbum Dei facere sit πρώτως Evangelice credere, juxta textum Græc. vel qui lavant stolas suas in sanguine agni, juxta Vulgatum: ratione beatitudinis actualis, quia beati dicuntur, quibus per regenerationem est potestas indi-

gno vitæ; ratione beatitudinis actualis, quia beati judican-
tur, qui per portas intrant in civitatem cælestem, partim
de beatorum à reprobis distinctione v. 15. quia foris sunt ca-
nes & venefici, & impudici, & homicida, & idolis servien-
tes, & omnis, qui amat, & facit mendacium: partim de
Verborum Christi manifestatione, vel eorum respectu fi-
delium, communicatione v. 16. Tum œconomia generalium
verborum v. 17. cum & Spiritus Sancti diserta mentio
fiat, & officina Spiritus, Ecclesia videl. in præconio Spiritus
gaudeat, & tota Scriptura suum complementum accipiat
v. 18. 19. 20. Hæc omnia Spiritus Sancti clarissima sunt indi-
cia, certissima τεκμήρια, & indubitata κειθήλια. Sic igitur
Deus UNUS, quoad ESSENTIAM, TRINUS, quoad SUB-
SISTENTIAM, Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus est
unus DEUS, Primus, & Novissimus, Annorum nostrorum
Inaugurator, Conservator, & Governator. Hic DEUS U-
NUS & TRINUS, verus JEHOVA ELOHIM, solus est
Temporum Autor & Dator, Annorum omnium inchoator, &
Consummator, Dierum omnium Inspector, & Director. Hic
Adami temporibus, sub Mundi primis auspiciis, fuit Alpha
& Omega, Primus & Novissimus, Principium & Finis, Anni
primi: Hic etiam hæcenus omnibus seculis elapsis Alpha
fuit, & Omega, Primus & Novissimus, Principium & Finis,
cujuslibet alterius Anni: Hic denique fuit Alpha & Ome-
ga, Primus & Novissimus, Principium & Finis, Anni præte-
riti: Sic etiam presentis Anni manet Alpha & Omega, pri-
mus & Novissimus, Principium & Finis. Hic autem JE-
HOVA ELOHIM non Autor modo, Datorq; Temporum,
sed etiam solus est Autor, & Dator Munerum: solus ipse ve-
re dicitur Autor, & Dator Optimarum Strenarum. An-
num certè primum, ejusque fortunatum ingressum, suis
b Strenis

Strenis Optimis, & Maximis, nobilitavit, dum toti Mundo bona sua multiplicavit, cunctas Creaturas bonitate suorum donorum exornavit, & Adamo, sicut & Posteris ipsius, loco Strenæ, totum Mundum, cum omnib9 Creaturis, destinavit, & instar Strenæ donavit. Hæc est Strenæ prima, qua prior non datur. Hæc strenæ summa, dum à Summo Numine, JEHOVA ELOHIM, donatur! Hæc Strenæ Maxima, qua major dari nequit! Hæc est Optima Strenæ, qua melior non invenitur, dum ipsum JEHOVAM ELOHIM, & omne bonum ejus complectitur, & in possessionem, ac usurpationem Homini transire dicitur. O si mentes omnes Angelorum, & Universorum Hominum, in unum confluerent, vel omne suum acumen singulæ gnæviter adhiberent, aut indefinenter vires omnes ad debitam inquisitionem intenderent, non tamẽ summum horum bonorum fastigium, immensum horum bonorum cumulum, infinitum tantarum Strenarum ambitum, investigare valerent! Hic cernimus omni fastigio superiora, omni cumulo numerosiora, omni ambitu latiora! Hic etiam Mirari, non rimari, sapientia vera. JEHOVA ELOHIM Benedictus sit in omnibus, Benedictus sit in singulis! Nobis universis & singulis hæc Strenæ primæ destinata, quæ Protoplastis statim anno primo donata. Mirari certe decet Dona Strenarum Divinarum. JEHOVA ELOHIM seipsum, se totum, se perpetuum, Strenæ loco, dedit. Sui Notitiam, veramque Γεγνωσίαν, sinceram Φιλανθρωπίαν & benevolentiam, paternam suam curam & Providentiam, potentissimam suam beneficentiam, perpetuam sui κοινωσίαν, Adamo non denegavit. Ipse factus Adamo Templum & Domicilium, ut in Ipso partim esset, partim viveret, partim omnem ejus motum & Actum fusciperet Act. XVII. 28. & Cor, Mentem, ac voluntatem, in templum sibi delegit,

delegit, sibi que *totum Adamum* in peculiurn ex universis creaturis visibilibus selegit. Dedit *Adamo* suam *sapientiam* in Θεοσοφία, in εαυτοσοφία, in κοσμοσοφία, in κτισοσοφία &c. adeoque *mentis suae dona* *mentibus hominum* communicavit. Dedit *Adamo* *voluntatis suae placita*, vel *statuta*, *legis aeternae decreta*, suam *ευδοκίαν*, suam *ευεσλίαν*, suam *ἁπλοσύνην*, *suaeque voluntatis* quandam *communione* *humanae voluntati* non denegavit. Dedit *Adamo* *potestatem Imperatoriam*, & *omne suum Dominium*, in mundo longè, latèque super omnes visibiles creaturas, jure *Vicariatus* exercendum, & *omnem suam auctoritatem* in Eum transtulit, eumque *Dominum totius Mundi* constituit, qua ratione suae *πεντοκροτοπίας* *Dispensatorem* eum esse juslit. Uno verbo, dedit *Adamo* *totam imaginem suam*, omnibus *virtutibus* ornatam, omnibus *dotibus* exornatam, omnibus *axiomatibus*, & *privilegiis*, condecoratam, & cum hac imagine *totum Mundum* in *Feudum* ipsi concessit: Ipsemet *Gloriosam Investituram* expedivit, *Hominem* *Universis Animantibus*, & *omnibus Mundi Creaturis*, tanquã *Legatum*, & *Locum tenentem* sui *Regiminis*, praefecit, tantamq; *Novo Vasallo* concessit *auctoritatem*, ut omnia, *bruta* quamlibet *animalia*, sua sponte venirent, *fidelitatem* & *obsequium* suum ei promitterent, & primum *Eidem Homagium* humiliter deferrent. O *Strenam* omni *preconio*, vel *encomio* majorem, omni *precio*, vel *astimio*, meliorem! Hæc ut *prima*, sic etiam *summa Strena*, qua nec *eminentior* dari potest, nec *abundantior* haberi potest, cum *totius mundi delicias* & *divitias*, artificio prorsus *divino*, comprehendat. Hæc ingens est *JEHOVÆ ELOHIM* *Provisoris Sapiencia*, hæc ingens *ejus potentia*, hæc ingens *ejus & benevolentia*, & *beneficentia!* Sed hæc omnia potissimum

tissimū naturæ bona concernunt, & *Potentia*, quod vocāt,
Regnū respiciunt. Verūm sed cum *novus* ille *Vasallus*, bene-
 ficiorum horum omniū immemor, & ingratus illorū æ-
 stimator, ac injustus possessor esset, mox à *Deo Creatore* suo
 prorsus deficeret, *Crimen læsa majestatis* divinæ commit-
 teret, & ad hostem DEi juratum, *Diabolum*, *Serpentem*
Paradisiacum, descisceret, ex *mera misericordia Deus Opti-
 mus, & Maximus*, longe majores *thesauros Strenarum* ape-
 ruit, & in *Unigenito suo Filio*, ceu *Mediatore*, vel *Redemto-
 re* promisso, non modo perdita naturæ bona restituit, sed
 omnes insuper *divitias*, & *delicias Regni* tum *gratia*, tum
gloria, manu largissima, loco *Strena*, vel *reparata*, vel *inno-
 vata*, sine mora distribuit, *Gen. III, 15*. O *Misericordissimam*
liberalitatem! O *liberalissimam misericordia divina beni-
 gnitatem*. Hæc *Strena Dei Creatoris!* Hæc *Strena DEI*
Redemptoris! Hæc *Strena DEI Sanctificatoris!* Hæc *Stre-
 na DEI PATRIS, FILII, & SPIRITUS SANCTI!* Hæc
Strena JEHOVÆ ELOHIM, *Adamo* primo cælitus oblata,
 sed universis, & singulis *Posteris*, & inter eos etiam *Nobis*
 divinitus destinata! Est enim idem JEHOVA ELOHIM,
 Omnibus *temporibus*, omnibus *locis*, omnibus *Hominibus*,
 nec ratione suorum *Bonorum*, atque *Donorum*, ulla ratio-
 ne mutatur. *Ego JEHOVA*, dicit ipse *Malach. III. 6. &*
non mutor. Æque *novus* adhuc hodie, sicut olim fuit
Adamo: æque *nova* pariter ejus *Providentia* dicitur adhuc
 hodie, sicut olim fuit in *Paradiso*: æque *nova* tandē ejus *be-
 neficentia* manet adhuc hodie, sicut olim extitit sub primo
 rerum omnium *Exordio!* Sic igitur æque *nova*, æque *bona*,
 æque *certa* dicitur ejus *Strena*, tum quoad *Regnum poten-
 tia*, tum quoad *Regnum Gratia*, tum quoad *Regnum gloria*.
 Nullus hic *defectus*, nulla *carentia*, nullum *decrementum*,
 modo

modo nostra vel *incredulitas*, vel *impietas*, divinæ *Strenæ*
 nullum *Impedimentum* ponat. Sed omnis in JEHOVA,
 ELOHIM PROVISORE nobis patet *Strena*. Hunc JE-
 HOVAM ELOHIM *Provisorem* hæctenus meis *sacris Me-*
ditationibus destinavi, meisque *Commilitonibus* publicis
 in *Disputationibus* manifestavi, non equidem ex *praxi*
moderna, cum adhuc omnes mundi partes, omnes in iisdē
Ecclesia, Politia, Familia, nō aliunde, quā ex huj9 *Provisoris*
εὐνοία, ἀρετή, ἡγεμονία, vel πολυνοία floreant; nec ex *praxi vetusta*, &
continua, qua toti mundo, cunctisque mundi *Creaturis*,
 vel *Incolis*, omnibus *temporibus* optime prospexit, & ubi-
 que singula, *benedictione* sua *provida*, replevit; Sed ex *pri-*
ma potius, & *paradisiaca Praxi*, JEHOVAM ELOHIM
 demonstrare volui. Nam *primum*, in quolibet rerum
 genere, quod est, *optimum* esse dicitur, dum *principium*,
medium, & *speculum*, *sequentium* esse videtur: *principium*,
 est, dum ex *primo sequentia* fluunt; *medium*, per quod *se-*
quentia, quasi per *continuum fluxum*, esse suum accipiunt:
speculum, in quo *sequentia* spectare, considerare, & exa-
 minare licet. *Prima* certè JEHOVÆ ELOHIM *Provi-*
dentia, quam toti *Macrocosmo*, potissimum autem *Micro-*
cosmo, statim in *paradiso* patefecit, maximè *gratiosa*, maxi-
 me *fructuosa*, maximè *gloriosa*. *Gratiosa* ratione *rei*,
 quia *meræ gratiæ bona* nobis offert; *fructuosa* ratione *no-*
stri, quia nobis omnem *utilitatem externam, internam, &*
æternam confert; *Gloriosa* ratione *DEI*, quia nihil, nisi
gloriam, ad Deum Benefactorem refert. In hac *Providen-*
tia Paradisiaca cernimus *Speculum beneficiorum* non *Topi-*
cum, sed *Catholicum*, non *temporarium*, sed *perpetuum*,
 non *horum*, vel *illorum*, sed *omnium populorum*. *Paradi-*
sus est *omnis providentiæ divinæ promus condus*. In Pa-
 radiso

radiso cernimus JEHOVA MELOHIM, Proviforem Status Ecclefiastici, Proviforem Status Politici, Proviforem Status Oeconomici. Sic igitur hic invenitur prima Providentia cujusvis origo, continua Providentia femper durantis fcazurigo, plena Providentia fe, per univerfum Mundum, per univerfa Mundi totius Objecta, per cuncta Mundi fecula, per fingula Mundi loca, mirabiliter extendentis imago! Hic cernimus abundantiffimum divine Providentia feminarium, artificiofiffimum Provida cura Compendium, Evidentiffimum Omnis Oeconomiae DEI Speculum, & Utiliffimum omnium beneficiorum Divinorum Promptuarium! Paradifus parvus DEI Mundus, ficut Mundus eft magnus DEI paradifus. JEHOVA ELOHIM femper idem eft Pfalm. CII. 28. quia dicit ipfe, Malach. III. 6. Ego JEHOVA, & non mutor. Non mutatur in fuis confiliis, nec mutatur in fuis placitis, neque mutatur in fuis Decretis: non mutatur in fuis dictis, nec mutatur in fuis actis, neque mutatur in fuis Effectis. Quod ordinatione fua fapientiffima femel inftituit, illud efficaciffima fua Confevatione firmiter ad perpetuam continuationem conftituit. JEHOVA ELOHIM femper idem eft. Eft æque novus, æque bonus, æque beneficus, ficut olim in Paradifo. Sic etiam ejus Providentia, quoad rem ipfam, æque nova, æque bona, æque benefica, ficut olim in Paradifo. Confevat adhuc Ecclefiam, Politiam, & omnem Oeconomiam, & cuncta fuis beneficiis exornat, ficut olim in Paradifo. Coronat adhuc annos bonitate fua, fuisque bonis eodem ornat, ficut olim Annum primum in Paradifo beneficiis fuis condecoravit. Tempora five duriora, five triftiora, clementer immutat, malisque fublatis noftros Annos beneficentia fua renovat. ILLUSTRISSIMUM, ELECTORALE PROTOSY.

TOSYNEDRIUM prohi dolor! *Anno superiori quoque duriora fata* videre necessum habuit, dum ILLUSTRIS-
SIMOS PRÆSIDES, HEROAS, & GENERIS SPLEN-
DOR, GLORIAQUE MAJORUM PRÆLUSTRES, & AU-
TORITATE, ac OFFICIORUM DIGNITATE EMINEN-
TES, ET RERUM GESTARUM MAGNITUDE PROR-
SUS INCOMPARABILES, & MERITORUM INREMPUBLI-
CAM ECCLESIASTICAM atque POLITICAM IMMORTA-
LES, ut & SUMME REVERENDUM RERUM ECCLESIA-
STICARUM PRÆSULEM, *Optime Meritum*, amisit. Heu!
damna nostris & Verbis, & lacrymis, majora, quibus Hu-
mana non sufficiunt *Consilia*, sed *remedium* sufficiens
sola DEI præstat *Providentia*! JEHOVAM ELOHIM
PROVISOREM igitur ILLUSTRISSIMO PROTOSY-
NEDRIO humiliter sistere placuit. Hic Solus *dat*, &
conservat PRÆSIDES! Hic Solus *dat*, & *conservat* PRÆ-
SULES! Dedit jam per *Gratiam Paternam Novum*
PRÆSULEM SUMME REVERENDUM, *omni laude præ-*
dicandum, dabit etiam PRÆSIDEM ILLUSTRUM, *omni*
præconio celebrandum, & per *Manum Excelsam* ILLU-
STRISSIMUM ELECTORALE SYNEDRIUM HOC,
ad quod omnes *Ecclesia, yvnoios Lutherana*, tanquam ad
Speculum Vigiliarum, Excubiarum, suppetiarum, Vindicia-
rum, & Victoriarum mysticarum, unice, respiciunt, glorio-
se conservabit! Hac *spe* fretus, hac *confidentia* munitus, JE-
HOVAM ELOHIM, PROVISOREM PARADISIACUM,
vereq; CATHOLICUM, *Omnis Boni Datorem Summum,*
Conservatorem Maximū, & Gubernatorē Optimum in Si-
num Vestrum, in Senatū Vestrum, in Confessum Vestrum,
PATRONI SUMMI, ea, qua decet, *pietate, & reverentia,*
depono, precorque JEHOVAM ELOHIM, *Provisorem*
Para-

Paradisiacum, ut Anni Primi bona VOBIS, PATRONI SUMMI, per hunc, & futuros annos largissime donare, meoꝝ loco STRENAM vere Divinam VOBIS adornare clementissime velit, ut ex divina liberalitate VOBIS, VESTRISQUE NOBILISSIMIS FAMILIIS, adsint Bona Regni potentia tum Divina, quæ Divina confirmat Gratia, tum Mundana, quæ vitam mundanam reddunt felicem, tum Humana, quæ sortem humanam excellenter illustrant! Bona regni Gratia, quæ Christianæ Vitæ jura, privilegia, κειμήλια, & purissima gaudia, multiplicant! Bona Regni Gloria, quæ sempiternæ vitæ certitudinem pollicentur! Sit JEHOVA ELOHIM VOBIS omnium illorum Condus, sit Promus, sit Oconomus, sit Ephorus, sit OMNIA! Valete, & Ecclesia, Politia, VESTRISQUE NOBILISSIMIS DOMIBUS, feliciter Vivite! Hoc ardentissimis suis precibus urget

**V.V.V.V. MAGNIF.
EXCELLENT.**

*Dab. VVitteb. 10. Jan.
Anno MDC LXXXVII.*

Devotiss. C.

Johannes Deutschmann/D.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

| | | |
|--|--|--|
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |

SLUB DRESDEN



3 2099193

Coll. diess. B. 1, misc. 1-...

